

Numerus.	Nomina.	Creationis. Anni.	Tempus sedis.		Obitus. Anni.	Dier.
			Dies.	Menses.		
209.	Martinus 3. dicitur s. Columna.	1417.	3. Novem. in Cone. Contl.	3.	1431.	20. Februarii.
210.	Eugenius 4. Venerus, Contra quem fedit in Gallia Felix s. creatus in Concilio Basiliensi, s. Nov. 1439.	1431.	3. Martii.	11.	1447.	23. Februarii.
211.	Nicolaus s. Sergianensis.	1447.	6. Martii.	8.	1455.	24. Martii.
212.	Callistus 3. Hispanus.	1455.	8. Aprilis.	3.	1458.	6. Augusti.
213.	Pius 2. Aeneas Sylvius.	1458.	18. Augusti.	5.	1464.	4. Augusti.
214.	Paulus 2. Venerus.	1464.	30. Augusti.	6.	1471.	24. Julii.
215.	Sixtus 4. Saonenfis.	1471.	9. Augusti.	13.	1484.	12. Augusti.
216.	Innocentius 8. Cybo Genuensis.	1484.	29. Augusti.	7.	1492.	25. Julii.
217.	Alexander 6. Borgia Hisp.	1492.	11. Augusti.	11.	1503.	18. Augusti.
218.	Pius 3. Senensis.	1503.	21. Septemb.	0.	1503.	18. Octobris.
219.	Julius 2. Saonenfis.	1503.	1. Novemb.	3.	1513.	21. Februari.
220.	Leo 10. Medices Florent. Fuit Concordata inter ipsum Leonem, & Francisc. I. Franciae Regem, 1516.	1513.	3. Martii.	8.	1521.	2. Decemb.
221.	Hadrianus 6. Ultrajectinus.	1521.	9. Januarii.	1.	1523.	14. Septemb.
222.	Clemens 7. Medices.	1523.	19. Decemb.	10.	1534.	25. Septemb.
223.	Paulus 3. Farnesius.	1534.	11. Augusti.	15.	1549.	2. Novemb.
224.	Julius 3. Aretinus.	1550.	7. Febr.	5.	1555.	23. Martii.
225.	Marcellus 2. Politianus.	1555.	9. Aprilis.	0.	1555.	1. Maii.
226.	Paulus 4. Caraffa.	1555.	23. Maii. die Ascens.	4.	1559.	18. Augusti.
227.	Pius 4. Medices.	1559.	26. Decemb.	4.	1565.	10. Decemb.
228.	Pius 5. Ghislerius.	1566.	26. Decemb.	6.	1572.	1. Maii.
229.	Gregorius 13. Boncompagnus.	1572.	5. Maii.	12.	1585.	10. Aprilis.
230.	Sixtus 5. Picenus.	1585.	24. Aprilis.	5.	1590.	27. Augusti.
231.	Urbanus 7. Castaneus.	1590.	16. Septemb.	0.	1590.	27. Septemb.
232.	Gregorius 14. Sfondratus.	1590.	5. Decemb.	0.	1591.	15. Octobr.
233.	Innocentius 9. Bononiensis.	1591.	29. Octobr.	0.	1591.	29. Decemb.
234.	Clemens 8. Aldobrandin.	1592.	30. Januarii.	13.	1605.	4. Martii.
235.	Leo 11. Medices.	1605.	1. Aprilis.	0.	1605.	27. Aprilis.
236.	Paulus 5. Borghesius.	1605.	16. Maii.	15.	1621.	28. Januarii.
237.	Gregorius 15. antea Alexander Ludovicius, Cardinalis, Archiepiscopus Bononiensis.	1621.	9. Februari.	2.	1623.	8. Julii, hora 6. pomeridiana.
238.	Urbanus 8. antea Maphaeus Barbatius.	1623.	6. Augusti.	21.		
239.	Innocentius 10. antea Joan. Bapt. Pamphilius.	1644.	4. Octob.	10.	1655.	7. Januarii.
240.	Alexander 7. antea Fabius Chigi.	1655.	7. Aprilis.	12.	1667.	22. Maii.
241.	Clemens 9. antea Julius Rospigliosus.	1667.	20. Junii.	2.	1669.	9. Decembr.
242.	Clemens 10. antea Aemilius Albertus.	1670.	29. April.	6.	1676.	22. Julii.
243.	Innocentius 11. antea Benedictus Odeschalchi.	1676.	21. Septem.	12.	1689.	12. Augusti.
244.	Alexander 8. antea Petrus Victor Otobonus.	1689.	6. Octobris.	1.	1691.	1. Februarii.
245.	Innocentius 12. antea Antonius Pignatelli.	1691.	12. Julii.	9.	1700.	27. Septembr.
246.	Clemens 11. antea Joannes Franciscus Albanus.	1700.	23. Novemb.			

Hic vero animadvertendum, S. Peri dies à nullo Successorum adequatos fuisse: qua de re legendus est Petrus Damianus lib. 11. Epist. 17. & Roderic. Zamorensis l. 2. c. 4. Speculi vite humanae: Licet sederint ad Alexandrum VII. inclusivè, 240. S. R. E. Summi Pont. ex quibus 32. Martyres, & 27. Confessores in Sanctorum calatogum relati, & 52. tum Monachi, tum Eremitae; ac praeterea Galli natione, 14. Hispani, 4. Germani, 4. Graeci, 15. Anglus unus, Flander unus, ex Syria 7. ex Africa 3. Itali plures. Quorum seriem accuratam Vide sub fin. praesentis loci.

¶ Videat etiam Lector Librum V. hujus Operis, in loco de Episcopis, ubi cum de successione Episcoporum per universam Ecclesiam, in quantum ea ad manus nostras potuit devenire, agendum mihi existimavi, visum quoque fuit aliam Summorum Pont. successionem, seriemque ex Genevardi Chronologia: quod illi totius Ecclesiae, adeoque Episcoporum ceterorum Episcopi sint, adserere. Qua de re Lectorum monitum volebam, ut repetitionis hujusmodi motuorum cognosceret, neque omnino inutilem censeret: cum etiam va-

rietatem Chronologiae exinde cognoscere poterit, neque enim de illa apud omnes convenit.

\* PSEUDO-PONTIFICES, SIVE ANTIPAPAE. Qui tempore schismatis electi, vel aliter se in Cathedram Apostolicam intruserunt.

Ordine digesti, addito temporis indicio, quando eam Cathedram affectaverint: ex Chronologia Onuphrii Panvini.

Primus Antipapa fuit Novatianus Romanus, in schismate primo Ecclesiae Romanae contra Cornelium Papam legitime electum. Verum in haerem prolapsus, sacerdotio, & Ecclesiae exactus est. Anno CCL.

II. Felix, verè infelix, Archidiaconus S. R. E. in schismate contra Liberium Papam, favente Imp. Constantino, & aliis nonnullis, sedique annis 10. m. 3. d. 13. Pontificatu restituito Liberio dejectus. Anno CCCLVII.

III. Ursinus Romanus à factione Papae Liberii contra Damasum Diaconum, in schismate III. creatus, Coss. Valentiniano, & Valente Imp. post mortem Liberii, fedit anno 1. m. 1. d. 23. ac sponte se abdicavit. anno CCCLXVII.

IV. Eulalius

IV. Eulalius Archidiaconus Cardin. in schismate contra Bonifac. Papam fedit menses 3. d. 15. Anno CCCXXI.

V. Laurentius Romanus contra Symmachum in schismate quarto electus, Anastasio Imp. fedit A. 1. M. 11. D. 11. seque abdicare compulsi. Anno CCCXXIX.

VI. Dioscorus electus in schismate contra Bonifacium, obiit anno primo suae consecrationis. Anno D. XXX.

In schismate 6. vivente Sylvester, electus Vigilus Joannis F. obiit. Anno DLIV.

VII. Petrus Archipresb. S. R. E. Cardin. contra Theodorum presbyterum Card. Papa creatus, schismate 7. aliquot dies fedit. Anno DCLXXVI.

VIII. Theodorus Antipapa contra Petrum Archipresbyterum, uterque Pontificatu decubatus, fuffecto tertio. Anno DCLXXXVI.

IX. Theodorus Rom. schismate contra Paschalem Cardin. Archidiaconum, dies aliquot fedit. Anno DCLXXXVII.

X. Paschalis in schismate contra Theodorum creatus, utroque pulso, tertius cathedrae infedit. Anno DCLXXXVII.

XI. Theophylactus Rom. S. R. E. Card. Archidiacon. in schismate 9. contra Paulum Papam. Anno DCLVII.

XII. Constantinus II. Laicus, per vim Pontifex creatus B. ipso die, quo mortuus Paulus IV. post annum exutus. Anno DCCXXVIII.

XIII. Philippus in schismate 10. contra Constantinum creatus Pontifex, & ad monasterium coactus rediit. Anno DCLXVIII.

XIV. Zinzinus electus suffragiorum parte minore, adversus Eugenium schismate 11. se abdicare coactus post paucos dies. Anno DCCXXIV.

XV. Anastasius III. Card. in schismate 12. contra Benedictum PP. iustus fuit etiam renuntiatus. Anno DCCCLV.

XVI. Sergius III. Benedicti F. Rom. schismate 13. contra Formosum creatus, post dies paucos obiit. Anno DCCCXII.

Schisma subsecutum est 14. in quo fedit Leo V. qui coactus fuit se abdicare à Christophoro Card. Presbytero, Anno DCCCXV.

XVII. Benedictus V. schismate XV. creatus, & per Othonem Imp. compulsi se abdicare, relegatus est Hamburgum, Anno DCCCXLIV.

C Benedictus V. dicitur VI. Hildebrandi F. Romanus, creatus Pontif. Postquam uno anno fedit, iussu Bonifacii VI. strangulatus. Anno DCCCXXII. fuitque hoc Schisma 16. Rom. Eccl.

XVIII. Joannes Graecus Episcopus Placentinus, in schismate 17. quod fuit adversus Gregorium X. fedit M. 10. in Germaniam per Othonem III. relegatus est. Anno DCCCXVI.

XIX. Sylvester III. Rom. Joannes ante dicitur, qui in schismate contra Benedictum VIII. fedit M. 1. D. 19. & ad compulsi. Anno MXLV.

XX. Joan. XX. Rom. in schismate contra Sylvestrum, unà cum Benedicto VIII. qui utriusque abdicati, habuerunt in cathedra verum successorem Benedictum IV. Anno MXLV.

Schisma XIX. Ecclesiae Rom. habuit IV. Pontifices, at omnibus Pontificatu abdicatis, in Synodo Sutrina electus est interveniente Henrico III. Imper. Clemens II. Germanus. Anno quo supra.

XXI. Benedictus IX. schismate 20. Contra Canones, & Cardinalium voluntate creatus Pontifex, tandem cedere iussus à Nicolao II. in Pontificem, electo Senis in Tuscia. Anno MLVIII.

XXII. Honorius II. schismate 21. auctoritate Henrici Imp. IV. in concilio Cardinalibus Pontifex creatus, damnatus fuit in Concilio Mantuano, & Pontificatu exutus ab Alexandro II. Anno MLXII.

XXIII. Clemens III. ex Cancellario Imper. Henrici IV. Archiepiscopus Ravennas, consecratus Schismate 22. contra Gregorium VII. anno sui Pontificatus 8. per munera creatus Antipapa, fedit annos 21. contra quatuor Pontifices, obiit Anno MCI.

Sub Paschali II. Pontifice fuerunt Antipapae Albertus Arletanus: perpetuo tandem carceri captus. Anno eod.

Sylvestre III. Rom. Monachus, relegatus ad monasterium. Maginulphus Roman. qui moriens schismati finem dedit. Anno MCI.

Schisma XXIII. In Eccl. Romana. In quo Gregorius VIII. L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

Hispanus contra Gelasium II. in cathedram Petri ascendit, at à Calisto II. qui Gelasio successit, descendere coactus, & ad monasterium relegatus est, obiit autem Gelasio II. Cluniaci in Gallia. Anno Dom. MCXIX.

Schisma XXIV. inter Honorium II. & Celestinum II. fedit hic sua sponte abdicavit, obiit Honorius circa Annum Dom. MCXXX.

Schisma XXV. fuit inter Anacletum II. & Innocentium II. verum anno 8. fedit, circa Annum Dom. MCXXXVIII.

Schisma XXVI. erat inter Alexander III. & victricem IV. & duravit annos 17. at Victor tandem victus cessit. Anno Dom. MCLIX.

Nicolaus V. Antipapa postremus, Monachus Francie. antea conjugatus, vite sanctitate celebris, at in schismate 17. adversus Joannem XXI. adnitente Ludovico Bavaro Imp. Pontifex renuntiatus, fedit annos 3. M. 3. D. 4. at mox Pisis captus, & Avenionem perductus, Pontificatu spoliatus, & incarcerationis. Anno Dom. MCCCXXX.

Hadrianus ex Onuphrio, inserto Chronico Ecclesiastico politico, per Joannem Gualterum ante annos paucos compilato.

¶ Aliam supputationem eorumdem Pseudo-Pontificum adiectimus, seris temporum nonnihil à priorè dissidentem, at studiosus Lector eam amplectatur, quae maximè suis studiis, & ingenio serviet.

\* ANTI-PAPAE SERIE TEMPORUM.

Ex Chronologia Francisci à Carliano.

Novatianus.	251.
Urcinus.	366.
Eulalius.	420.
Laurentius.	498.
Dioscorus.	530.
Theodorus, vel Theodoretus.	686.
Theophylactus.	757.
Constantinus.	767.
Philippus.	767.
Zinzinus.	824.
Anastasius 3.	885.
Bonifacius, dicitur 6.	897.
Leo dicitur 8.	964.
Bonifacius dicitur 7.	974.
Joannes Placentinus Episc. contra Greg. 5.	996. G
Gregorius, contra Benedictum 8.	1012.
Sylvestre 2.	1045.
Benedictus 10. antea Joannes Mincius.	1058.
Cadulus, vel Cadalous Palavicinus, seu Honorius 2. contra Alexandrum 2.	1061.
Guibertus de Corrigha Archiepiscopus Ravennas, dicitur Clemens 3.	1075.
Sylvestre 3. antea Maginulphus, vel Theodoricus, contra Paschalem 2.	1101.
Gregorius 8. Mauritius Burdinus Archiep. Bracarenfis, contra Gelasium 2.	1118.
Celestinus 2. Theobaldus contra Honorium 3.	1124.
Anacletus 2. Petrus Leonis contra Innocentium 2.	1130.
Victor 3. Gregorius Cardinalis.	1138.
Victor 4. Octavianus de Monticello contra Alexand. 3.	1159.
Paschalis 3. Guido Cremenfis, contra Alexand. 3.	1169.
Callistus 3. Joannes Ungarus, contra Alexand. 3.	1176.
Innocentius 3. Laudo, contra Alexand. 3.	1177.
Nicolaus 5. Petrus de Corbaris, contra Joannem 22.	1327.
Clemens 7. Robertus de Gebennis, contra Urbanum 6. creatus 1378. fedit ferè 26. annos Avenione.	1378. H
Benedictus 13. Petrus de Luna Hispanus.	1394.
Clemens 8. Hispanus, Aegidius Munionis.	1404.
Felix 5. antea Amedeus Dux Sabaudia, creatus in Concilio Basiliensi.	1439.
Abdicavit.	1449.
Moritur.	1450.

Vide Librum, cui Titulus, Antea deus pacificus, nuper editus.

¶ Videat Lector Locum de Schismate: ubi Ecclesiasticorum Schismatum numerum, ordinemque repetimus.

ROMANI PONTIFICIS ELECTIO.

Non perinde ac in veteri Testamento, ita & in Novo, Sacerdotes carnali successione propagari conveniens fuit. Tum enim Dei populus propagabatur per carnalem generationem ex Jacob: Nunc verò per spirituales generationem ex Christo, cujus figura fuit Melchisedech, qui sine patre, matre, ac Genea-







\* Romani Pontifices, qui post S. Petrum in numerum SS. Confessorum relati: & quorum fit memoria in Martyrologio Romano.

- 1. Eusebius, de quo Martyrologium die 26. Septembr.
2. Sylvester, de quo 31. Dec.
3. Marcellus, die 7. Octobr.
4. Julius, die 12. Aprilis.
5. Damasus, die 11. Decemb.
6. Symon, die 18. Novembr.
7. Anastasius, die 17. April.
8. Innocentius, die 18. Julii.
9. Zosimus, die 26. Decembr.
10. Bonifacius, die 25. Octobr.
11. Celestinus, die 6. April.
12. Sixtus, die 28. Maii.
13. Leo I, die 11. April.
14. Hilarius, die 10. Septembr.
15. Simplicius, die 2. Martii.
16. Felix, die 30. Janu.
17. Gelasius, die 21. Novemb.

De Liberio, aliqui censent eum inter Sanctos referendum ut testatur Ciaconius, & Onuphrius. Immo S. Ambrosius eum laudat tanquam Sanctum. lib. 3. de Virginitibus.

\* Nationes variae, & quibus creati Romani Pontifices.

Ex Gallia.

- Sylvester II. Joannes XXII.
Leo IX. Benedictus XII.
Stephanus IX. Clemens VI.
Urbanus II. Urbanus V.
Callixtus II. Gregorius XI.
Martinus IV. Innocentius VI.
Clemens V.

Ex Germania.

- Gregorius V. Saxo. Clemens II. Saxo.
C. Victor Lex Suevoia. Damasus II. Bavarus.

Ex Hispania.

- Damasus I. Lustranus. Callixtus III.
Joannes XXI. Iesus. nat. Alexander VI. Valentianus.

Ex Anglia.

- Adrianus IV.
Adrianus VI. Ultrajectinus.

Ex Flandria, sive Belgia.

- Anacletus. Joannes VI.
Eleutherius. Dionysus.
Telesphorus. Eusebius.
Higinus. Zozimus.
Antherus. Joannes VII.
Xistus II. Zacharias.
Joannes V. Alexander V.

Ex Syria.

- Evaristus. Gregorius III.
Anicetus. Theodorus.
Sisinnus. Sergius I.

D. Constantinus.

- Ex Africa. Gelasius I.
Victor I.
Ex Sardinia.
Hilarius, & Symmachus.

Natione Itali, aut patria Romani, fuerunt caeteri omnes.

Certe divina providentia vel evidens signum est, & quod unico velut ariste sternuntur omnia haec sum monstra, quod ex tanto Romanorum Pontificum ordine, nullus a Catholica Fide defecerit: Petramque hanc super quam Ecclesiam suam Christus aedificavit, immobilem esse voluerit. Cum haereticorum Secta undique dissecta appareant, ac eunquam cum seipso, insistentibus, & dogmatibus consentiant. Unde & oppositè illis dicitur, quod Augustinus contra patrem Donati scripsit tom. 7. Numerate Sacerdotes vel ab ipsa Sede Petri, & in ordine illo Patrum quis cui successit, videte. Ipsa est Petra, quam non vincunt superba Inferorum porta.

DECRETUM GREGORII PAPAE XV. SUPER ELECTIONE ROMANI PONTIFICIS.

Quod ipse Pontifex Rom. & cum eo XXI. Cardinales, signaturae sua calculo, & suffragio approbaverunt.

Gregorius Episcopus, servum servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Eterni Patris Filii, Magister, & Legator noster Christus Domini, cuius omnis actio nostra est instructio, licet portaret omnia verbo virtutis suae, nec esset quidquam absconditum ab oculis ejus, tamen priusquam ad Apostolatus munus duodecim Apostolos eligeret, & nominaret, quod alias unquam fecisse in Scripturis non legimus, pernodare voluit in oratione Dei: & antequam B. Petro ovium suarum curam committeret, tertium repetita interrogazione, trinam extare aeterni amoris ejus professionem: Nos scilicet erudienti, quanta diligentia, cautione, & cura in omnium Pastorum electione admitti debemus, ut boni eligantur, & fideles praesertim verò in B. Petri Successores, qui Orbis est lumen, Doctor Gentium, & Pastor Pastorum.

Quapropter satis etiam admonemur nihil eorum, quae ad electionis Romani Pontificis negotium cautius, & melius transigendum conducunt, omitti debere: salus enim unius membri, sed totius corporis agitur, cum de capite consultur. Igitur estis diversis felicis recordationis Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, & Sanctorum Patrum decretis salubriter provisi sumus, ut ejus electio ritè, & rectè peragatur, & in ea non caro, & sanguis, aut humana sapientia, quae stulticia est apud Deum, dominetur, sed Spiritus Sancti gratia omnia dirigantur, & gubernentur: nihilominus, ut dies diei erudat verbum, & nox nocti indicat scientiam, experientia compertum est, salubriori remedio locum non deesse. Nos igitur, quos posuit Dominus, licet nullis suffragantibus meritis, regere Ecclesiam suam, ne in extremo die praetermissi officii, in re tanti momenti, à nobis ratio à districto Iudice exigatur, quod multorum etiam votis, & postulationibus multum expectum est, Spiritus-Sanctus adspirante gratia, faciendum decrevimus.

Matura itaque cum Venerabilibus Fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus deliberatione habita, de eorumdem Fratrum consilio pariter, & assensu, hac nostra perpetuò valitura Constitutione, statuimus, decernimus, & declaramus, in posterum electionem Romani Pontificis fieri aliter non posse, quam in Conclavi, & eo clauso, ac post celebratum in eo prima die sacrosanctum Missae solitum sacrificium, cui Cardinales interesse, & in eo communicare consueverunt, ac per secreta Schemularum suffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium, in Conclavi praesentium: praeterquam si omnes, & singuli Cardinales similiter in Conclavi praesentes, nemine dissentiente, aliquibus ex eorumdem Collegio Cardinalium committerent eligendi potestatem, ut vice omnium Ecclesiae Catholicae providerent de Pastore: aut nisi communiter ab omnibus, & singulis Cardinalibus, qui itidem in Conclavi praesentes erunt, nemine pariter dissentiente, quasi per inspirationem, nullo praecedente de persona speciali tractatu, per verbum Eligo intelligibili voce prolatum, aut scripto, si voce fieri non potuerit, expressum, fuerit celebrata.

Numerum autem Suffragiorum duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclavi, praesentium, ut electio per viam Scrutinii, sive Scrutinii, & Accessus, valida sit, decernimus, & declaramus ita esse censendum, ut in duabus tertiis partibus Suffragium electi non numeretur, nec quinquam five Scrutinii, sive Scrutinii, & Accessus, sive Compromissi via procedatur, se ipsum eligere, seu Suffragium sibi dare ullatenus possit: electi tamen persona, si in Conclavi sit, debeat in numerum Cardinalium computari. Rursus nemo per viam Scrutinii, sive Scrutinii, & Accessus, habebatur pro electo, nisi publicatis omnibus suffragiis, & electi, si numerum tantummodo duarum ex tribus partibus habuissent compertum sit, etiam schedulis apertis. Ac si contingat plures in schedulis nominatos duas tertiis partes suffragiorum tulisse, in suffragiorum paritate neuter fit electus, in imparitate verò qui numero suffragiorum superior erit, dummodo duas tertiis partes, etiam in uno suffragio, excedat, electus censetur.

Insuper in unoquoque Scrutinio, antequam Schemula in calicem mittatur, à quolibet Cardinale juramentum alta, & intelli-

intelligibili voce fiat, his verbis: Testor Christum Dominum, Qui Me Judicaturus est, Me Eligere, Quem Secundum Deum Iudico Eligi Debere, Est Quod Idem In Accessu Praestabo. Et hoc juramentum à nullo omitatur. Suffragiorum autem Schemula hujusmodi tam Scrutinii, quam Accessus, ubi fieri poterit, impreste omnino esse debeant: ubi non poterit, unius tantum manu scriptae sint: ita videlicet, ut tam impressae, quam ita scriptae ea omnia, quae in Schemulis hujusmodi exprimi solent, continentur, praeter sola nomina, five denominationes eligentis, & electi, & infra scripta signa, quae omnia manu eisdem eligentis scribantur, & nomen quidem eligentis in prima parte Schemulae, electi verò in sequenti, & rursus electi, quantum fieri poterit, caractere alterato, ita ut cognosci non possit: eaque Schemula pars, in qua erit eligentis nomen, claudatur, ac sigillo ad hoc parato, ac secretè habito, non autem eo, quo quisque uti solet obfigeretur.

Ut autem videri possit, ne qui alicui accessit, eidem in Scrutinio suffragium dederit, Schemula omnes duobus aliis signis in ultima parte signetur, numero nempe aliquo, & brevi dicto sacrae Scripturae, vel alio hujusmodi, quae signa in utraque Schemula tam Scrutinii, quam Accessus, eadem sint. Postea verò pars illa Schemula, ubi haec signa erunt, etiam complicetur, & obfigetur, ne à Scrutiniorum videri possit, nisi postquam fuerit per Scrutinium, & Accessum electio perfecta, quo casu Schemulae Accessus à Scrutinioribus ea in parte, ubi duo praedicta sunt signa, aperiantur, itaque inspectis, & earum sigillis, aliae Schemulae cum iisdem signis notatae, & in Scrutinio datae reperiantur, ut videlicet an duo haec signa, & sigillum eadem sint, cognoscatur, & inde duo suffragia ab eodem Cardinale uni data non fuisse appareat. At si inter Schemulas Scrutinii nulla reperiatur iisdem signis notata, quibus Schemula Accessus signata erit, aut si quis eidem accesserit, quem in Scrutinio nominaverit, utroque casu Suffragium Accessus nullum sit. Subscriptio autem, seu nomen eligentis resignari non possit, nisi contingat, ut sigillum, & alia duo praedicta signa sine eadem cum signis, & sigillo alicujus alterius Cardinalis, aut alia difficultate cogente. Quod autem attinet ad nomen electi, illud eo modo à Cardinalibus scribatur, quomodo in folio impresso, ubi in Conclavi notari suffragia solent.

Praeterea, ut secretò cautius consuleretur, Schemulae suffragiorum conficiantur, una, seu pluribus in mensis, in media Capella constitutis, ita à Cardinalibus remotis, & circumscriptis, ut quid scribatur ab aliis videri non possit. Si quis verò ad mensam accedere, impeditus valetudine, non poterit, is suffragium suum in loco suo secretè conficere debeat, & ad illud accipiendum ultimus Scrutiniorum accedat. Et ut Accessus secretè etiam peragatur, Scrutinio publicato, si electio per consensum duarum partium in eo non fuerit celebrata, statim antequam ad alios actus deveniant, Cardinales Schemulam pro Accessu formatam praedictis in mensis conficere, sicut in Scrutinio, teneantur.

Potro usus Schemularum pro Accessu talis erit. Qui accedere alicui ex nominatis in Scrutinio voluerit, ejus nomen scribet, qui verò noluerit, nec cognosci possit, eum nulli accedere, in loco nominis scribat, Nemini. Nulli autem tam in Schemula Scrutinii, quam Accessus plures nominare liceat, & alioquin suffragium, in quo plures fuerint nominati, nullum sit: accedere tamen unius ex nominatis à se in dicta Schemula, vel alii, dummodo aliquid aliud suffragium, in eodem Scrutinio tulerit, non prohibeatur, & in numerum Cardinalium in Conclavi praesentium numeretur. Neque in quolibet Scrutinio, semel accedere liceat, neque per Accessum ab alterius nominatione in Scrutinii Schemula facta, recedi decernimus, & declaramus. Insuper antequam Schemula five Scrutinii, sive Accessus à Scrutinioribus aperiantur, omnes ab eis diligentissime palam numerentur: & si plures reperita fuerint, quam sint Cardinales in Conclavi praesentes, omnes comburantur, & iterum ad suffragia statim deveniant. Si quis autem aliquid ex supra expressis non servaverit, aut quomodocumque directè, vel indirectè in aliquo contravenierit, sententiam excommunicationis ipso facto incurrat.

Praeterea statuimus, & ordinamus, quòd si aliquem infirmitas impederit ad Scrutinium venire, ad cum adire debeant

tres Cardinales, forte ante Scrutinium, ut infra, ad hanc rem ex omnibus Cardinalibus per ultimum Diaconorum Extrachi, cum capsula perforata, sed inani, & palam à Scrutinioribus clausa, cujus clavis super altare remaneat, & Schemulam impressam illi deferre, ipsique illam, sicut alii Cardinales, praevio juramento superscripto, secretè conficere teneatur, deinde in capsulam coniciat, eaque per eosdem Cardinales relata, & aperta in calicem Schemula mittatur. Publicato deinde Scrutinio, si Accessus agendus erit, ut etiam infirmi accedere possint, unius ex foliis, in quibus nomina Cardinalium, & suffragiorum numerus notantur, à tribus Cardinalibus praedictis fumatur, & palam recognito numero suffragiorum, quae quisque in Scrutinio tulerit, ad infirmum unà cum alia impressa Schemula, pro Accessu parata, & cum eadem capsula ab eis deferatur. Infirmitas verò alicui accedere, vel nemini accedere debeat, omniaque, & singula ferventer, quae de Scrutinii Schemula supra ordinata sunt, sub eadem excommunicationis latae sententiae poena. At si quis scribere valetudine impediatur, per alium praevio juramento ab eo, qui scribet praestando, de servando secreto, quod sub eadem excommunicationis poena servari mandamus, scribere liberè possit.

Ad haec Scrutatores tres, sicut & tres alii Cardinales qui ad infirmorum suffragia deferenda proficiscerentur, ex omnibus Cardinalibus praesentibus in Conclavi, nulla ordinis servata distinctione, forte, immediatè ante quolibet Scrutinium, per ultimum Diaconorum extrahantur, & qui semel extrachi fuerint, in vas iterum coniciantur; alioquin si quis contrafecerit, sicut si Scrutatores, vel Recognitores aliquid secreti in exercendo suo officio cognoverint, & illud revelaverint, eandem latae sententiae excommunicationem incurrant. Finito Scrutinio, & Accessu, sive electio facta sit, five non sit, tres alii Cardinales, forte pariter, ut supra, extrahendi, Schemulas omnes recognoscere debeant, sigillo tamen, & duobus aliis signis, si aperta non fuerint, intactis remanentibus. Quae omnes, & singulae Schemulae, sive facta, five non facta electione, postmodum statim palam comburantur.

Similiter ne electio protrahatur, statuimus, & ordinamus, ut sub simili excommunicationis poena, eo ipso incurrenda, Scrutinium bis singulis diebus peragatur, ita ut etiam perficiatur, manè scilicet post solutum Missam, & prima quidem die tantum post Cardinalium sacram peractam communionem, & pomeridiano tempore hora opportuna, post Hymnum, Veni Creator Spiritus, & Orationem de Spiritu sancto: idemque si Compromissi via eligatur, observari debeat: atque ad Scrutinium cum tertium pulsata per loca solita Conclavis campanula de more fuerit, omnes, & singuli Cardinales convenire debeant, valetudine non impediti, sub eadem excommunicationis latae sententiae poena.

Cardinales praeterea omnino abstineant ab omnibus praedictis, conventionibus, promissionibus, intendimentis, conditiis, foederibus, aliisque quibuscumque obligationibus, minis, signis, contrasignis suffragiorum, seu Schemularum, aut aliis tam verbo, quam scripto, aut quomodocumque dandis, aut petendis, tam respectu inclusionis, quam exclusionis, tam unius personae, quam plurium, aut certi generis, veluti creaturarum, aut humani, seu de suffragio dando, vel non dando, quae omnia, & singula, si de facto intervenerint, etiam juramento adjecto, nulla, & irrita, neque ad eorum observantiam quemquam teneri, aut extortitione notam incurtere fidei non servatae, decernimus, & declaramus: & contra facientes ex nunc excommunicationis poena inmodum: tractatus tamen pro electione habendos veterae non intelligimus.

Quòd si electio hujusmodi alibi celebrata fuerit, quam in Conclavi clauso, vel aliter, quam per secreta Schemularum suffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium, in Conclavi praesentium, in Scrutinio, seu Scrutinio, & Accessu, electi suffragio non computato, vel per viam Compromissi, ab omnibus Cardinalibus similiter in Conclavi praesentibus, nemine dissentiente initi, & ita ut nemo scriptum elegerit: vel quasi per inspirationem nullo praecedente de persona speciali tractatu, omnium pariter Cardinalium praesentium in Conclavi, communiter, nemine itidem dissentiente, per verbum, Eligo, intelligi-

intelligibili voce prolaturum, aut scripto, si voce non tuerit, expressum, nulla sit, & invalida eo ipso, absque ulla declaratione, & ita electo nullum justituar: quinimmo is non Apostolicus, sed Apostolicus fit, & habeatur, & tam ipse, quam eligentes, ejusque fautores, & complices sententiam excommunicationis, & anathema, aliasque censuras, & penas in vatoribus Sedis Apostolicæ à Sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis impositas, pariter ipso facto incurrant, à qua, sicut ab alia quacunque in hac Constitutione imposita, & irrogata, seu infra imponenda, & irroganda, poena excommunicationis tam ipsi, quam qui libetalis, sive S. R. E. Cardinalis, sive alia persona cujuscunque gradus, conditionis, dignitatis, & præminentia, à nullo, neque etiam à majori Penitentiario, cujuscunque facultatis vigore, præterquam à Rom. Pontifice, nisi in mortis articulo, absolvi possit, & tam ipse, ejusque complices, & fautores, quam alii quicunque etiam S. R. E. Cardinales hujus Constitutionis in aliquo transgressores aliis gravissimis penis teneantur, futuri Pontificis canonice intrantis arbitrio irrogandis.

Postremo statum, & districtè præcipiendum mandatum, ut S. R. E. Cardinales quacunque secretum violare quomodolibet poterunt, omnia evitent, & cavere omnino teneantur, cum intento, & mens nostra sit, electio hujusmodi tam sanctum negotium, si fiat per Scrutinium, seu Scrutinium, & Accessum, ut præcitur, fecerimus transfigurare: ac proinde, si eisdem omnibus, & singulis S. R. E. Cardinalibus, & eorum sacro Collegio inhiibemus, ne contra hæc, vel horum aliquid statuerent, disponere, vel ordinare, seu in aliquo corrigere, alterare, mutare, seu aliquo modo facere, tractare, moliri, vel attentare præsumant, quovis prætextu, causa, vel exquisito colore, sub eadem excommunicationis poena ipso facto incurrenda.

Ut autem hujusmodi nostra Constitutio inviolabilis observetur, tres Cardinales, qui singulis diebus Congregationibus agendis præpositi sunt, & cum eis S. R. E. Camerariis, illam in omnibus, & per omnia observari procurent, & faciant. Volumus etiam, & decernimus, censuram, & excommunicationem prædictarum, & aliarum quarumcunque prætextu, vel causa, Cardinales à Summi Pont. electione activa, passiva excludi nullo modo posse: quas quidem censuras, & excommunicationes ad effectum hujusmodi electionis tantum, illis aliis in suo robore permanentibus suspendimus: decernentes eandem excommunicationem, & censuras eos solum afficere, qui deliquerint, non autem alios Conclavi durante, qui cum eis conservati fuerint. Ceterum, officii opus non esse in Domino confidimus, tamen pro officii nostri debito, & rei, de qua agitur, gravitate, admonemus, hortamur, & in Domino obsecramus Sacra Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ut attentè considerent personæ, quam sustinent officium, & dignitatem, quam sacrum præterea, & quanti momenti sit opus, quod tractant, & nihil quod se non deceat, nihil à re alienum committant, sed cogitent, quam periculosum futurum sit universæ Ecclesiæ, Christi sanguine acquisita, si male administraretur, ac proinde exuant omnes mundanas curas, & induant solum Dominum nostrum Jesum Christum: memores nihil prodesse homini, si universum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur.

Denique animum advertant, se in Conclavi clausis editissima in specula constitutos esse, & factos spectaculum Deo, & hominibus à Domino, cujus negotium gerunt, supplicii, vel gloriæ sempiternæ retributionem citissime laturos. Non obstantibus, quatenus opus sit, fel. rec. Alexandri Papæ III. prædicti in Concilio Lateranen. edita, quæ incipit, Licet De Vita, & aliorum Rom. Pont. prædecessorum nostrorum etiam in Conciliis generalibus promulgatis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam in Corpore Juris clausis, quibus omnibus, & singulis, quatenus pariter opus sit, eorum omnium, & singulorum tenores, perinde ac si ad verbum exprimerentur, pro expressis, & insertis habentes, pro hac vice duntaxat, illis aliis in suo robore permanentibus, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Volumus quoque presentes nostras coram omnibus in prima Congregatione post obitum Pontificis fieri solita, & deinde post Conclavis ingressum, & cum quis ad Cardinalatus honorem promotus fuerit, cum aliis similibus

Constitutionibus legi, & juramentum super illius observatione præstari, & ita præcipimus, & mandamus. Quibus Constitutionibus, & penis in eis contentis, nisi in superius expressis per hanc nostram derogare non intendimus, sed eas in sui robore firmitate relinquere. Sperantes etiam, Rom. Pontificis, qui pro tempore canonice eligentur, omni studio curaturus, ut quæ nostris hujusmodi, & in eis salubriter statuta sunt, inviolabiliter, ac etiam si opus fuerit, per penam ipsorum contra transgressores executione observentur.

Denique volumus easdem presentes in valvis basilicarum Sancti Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, nec non in Acie Campi Floræ per Cursores nostros affigi, & publicari, ac eorum exempla ibidem affixa dimitti, & deinde omnes, & singulos Cardinales tam abentes, quam presentes, modernos, & qui pro tempore erunt, & alios quoscunque, quorum interest, vel interested poterit quomodolibet in futurum afficere, & ligare, nullamque harum ignorantiam præterdere posse, ac si personaliter intimatæ forent, præmissis cæterisque contrariis quibuscunque non obstantibus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Statutorum, Decretorum, Declarationum, Mandatorum, Innodationis, Voluntatis, Admonitionis, Hortationis, Obsecrationis, Inhibitionis, Derogationis, Præcepti, & Suspensionis infringere, vel ea usu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo primo, decimoseptimo Kalend. Decembris. Pontificatus nostri anno primo.

\* ROMANI PONTIFICIS AUCTORITATEM QUI SIBI ARROGARUNT.

Clemens VII. Pontifex Romanus, causa Henrici VIII. Anglorum Regis, & Catharinæ, uxoris ejus, accuratissime cognita, cum illos à Deo legitime conjunctos fuisse, nec ab homine separari posse, scripta sententiæ formula pronuntiasset, Rex sententiam illam non aliter, quam si facta ipsi fuisset iniqua, interpretatus, doloris sui ulciscendi causa curavit, ut jurandum, quod Clerus Anglicanus Pontifici Romano hæcenus præstiterat, in publicis regni comitiis irritum redderetur, seque ipsum, ut quondam Julianus apostata, Pontificem Maximum creans, novam jurisjurandi præscriptam formulam, in qua Clerus, & populus, ipsum Ecclesiæ Anglicanæ, atque Hibernicæ summum in terris proximè sub Christo caput, jurato confiteretur. Ac isto quidem modo Henricus tam se, quam suos divisit, ac separavit ab Ecclesiæ Romanæ Societate, & communione, in qua jam inde à temporibus Josephi ab Arimathia, omnes illi Reges, & populi vixerant, qui Catholicam Christi fidem in iis Insulis, pro sua quique ætate, sequebantur. Ut verò gravioerem adhuc vindictam de Pontifice Romano sumeret, in mense Novembris comitiis publicis indictis, omnem deinceps in Anglos, & Hibernos jurisdictionem, ac potestatem Pontifici Romano ademittit, quam si quis deinceps detulisset, perdullionis reus fieret. Quinimmo ipsum Papæ vocabulum persecutus, edixit, ut de cætero nullus Pontificum Romanorum vocaretur Papa, tantum Episcopus Romanus, Anglicanæ verò Ecclesiæ summum caput solus Rex haberetur; Cujus etiam esset, autoritate plenissima, errores, hæreses, abusus omnes in Anglicana Ecclesiæ emendare. Illi omnium Sacerdotiorum integri proventus primi cujusque anni, quo qui beneficium aliquod sortitus esset, solverentur. Illi omnium Ecclesiasticarum dignitatum decime redderentur. Quam legem Rex tanta sævitate executioni mandavit, ut capitis damnetur, si cujus in libro vel solum nomen Papæ non delectum extaret. Per Calendaria, per iudices, per scripta Patrum, per totum jus Canonicum, per Scholasticos Doctores, Papæ vocabulum lituris undique obducebatur. Immo in fronte operum D. Cypriani, Ambrosii, Hieronymi, Augustini, Leonis, Gregorii, Prosperi, ac aliorum Ecclesiæ luminum, singuli scribere coacti sunt, si quid in eis operibus inesset, quod Pontificis Romani Primatum tueretur, aut confirmaret, se illi verbo, sententiæ, rationi jam nunc renunciare, nec tanti criminis reos unquam esse velle, &c. N. Sanderus lib. de Scribm. Anglic. anno 1532. & 1534.

Hodie passim Calvinistæ omnes volunt Principem Ordines,

Ordines, aut Magistratus caput esse Ecclesiæ, cum potestate cam regendi: qua de re alibi latè distulimus.

\* PONTIFICES ETHNICORUM QUI, ET UNDE DICTI?

Constat ex initio hujus loci, Pontifices à posse, & facere, quod scilicet plurima facere possent, appellatos: nisi cum Q. Scævola dicitur, Pontificem utpote sacrorum Principem, à facere, ut est idem, quod sacrificare, nuncupari. Quod enim à Ponte faciendo communiter deduci velint Pontificis nomen, improbabile videtur ex eo, quod nomen Pontificis jam esset in usu, antequam Sublicii pontis, qui facer erat, iis cura mandaretur, ut initio hujus loci latè deduximus.

Placet prior Etymologia, & usus etiamnum obtinuit, ut Pontificum accipiatur pro jure, ac potestate: quod variis exemplis Lælius Biscolia ostendit l. 8. Horar. succis. c. 10. & plurimum auctoritate supra etiam à nobis demonstratum est.

ETHN. PONTIFICUM PRÆROGATIVÆ OFFICIA.

De Pontificibus inter Ethnicos, hæc: Veteres Pontifices apud Romanos de omnibus causis ad sacras pertinentibus judicant, tam inter magistratus sacros, quam inter homines: novaque leges de sacris condunt arbitrari suo, sicuti scriptis legibus deservunt: magistratus, penes quos ceremoniæ facti ad sacrificia, sacerdotisque omnes examinant, ministris sacrorum continentiam officio, ne quid præter solemnes ritus faciant: à profano etiam, & imperito vulgo consuluntur de cultu Deorum, ac genitorum, aliisque religionibus: quod si quem animadvertant præscripta sua contemnerent, cum multatam pro delicti magnitudine. Ipsi nullius potestati sunt obnoxii, nec fenari, vel populo rationem reddere tenentur, id genus Sacerdotes, sive ἱεροδιδασκάλους aliqui appellare voluerit, sive ἱεροποιούς, sive ἱεροφύλακας, sive (ut nos censemus) ἱερογράφους, id est, Sacrorum Doctores, administratores, custodes, interpretes, à verò non aberraverit. Quorum si quis vitæ excederet, in defuncti locum alius soler sudrogari, non populi suffragis, sed qui collegio maxime videtur idoneus, ex omni civium numero eligitur: qui cum demum Sacerdotium adit, si collegii dignum felici augurio comprobetur. Hi ab uno suorum operum rescindunt, scilicet ponte Sublicio, Latina lingua vocantur Pontifices. Dionys. Halic. lib. 2.

COLLEGIUM.

Pontificum collegium usque ad Theodosii Senioris Imperatoris tempora Romæ fuit: quibus religio Christiana jam omnia obtinente, Imperatoribus omnium redditus sisco applicati sunt. Quare postea planè Pontifices, Augures, & reliqui Sacerdotes (Ethnici) creari desierunt, cum redditibus omnibus multati essent, Zophimus. Minoribus Pontificibus creati Numa pontificum deinde maximus, Numam Marcium. M. F. ex Patribus legit, eique sacra omnia exscripta, assignataque attribuit: quibus hostiis suis quibus diebus, ad que templa sacra fierent, atque unde in eos sumptus pecunia erogaretur. Cætera quoque omnia publica, privatæque sacra Pontificis Maximi scitis subiecit, ut esset quod consulum plebs veniret, ne quid divini juris negligendo patrios ritus, peregrinosque addiscendo turbaret. Nec celestes modo ceremonias, sed iusta funebria, placandosque manes, ut idem Pontifex edoceret, quæque prodigia fulminibus, aliove quo visio mista susciperentur, atque curarentur. Livius Drexel. 1. lib. 2.

Multi tam Patrii, quam Plebei Pontifices Maximi creati fuerunt, usque ad C. Julium Cæsarem: huc successere Lepidus, & Augustus: post quem omnes Cæsares Pontificatum Maximum, vel susceperunt, vel se Pontifices Maximos appellari passi sunt. Primum autem omnium Gratianus edicto propositi Titulum hunc repudiavit, & se Pontificem Maximum appellari vetuit: atque ita ea dignitas Ethnica deficit in Imperatoribus. Zophimus. Quomodo, deinde, quo tempore, & à quibus nomen illud sit usurpatum, quo sine, & eventu, historici demonstrant.

\* Populus.

\* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Populus, Græcè, λαός, & λαοίς, popularis dicitur. Est autem populus, cæcus juris consensu, & utilitatis communiõne sociatus, secund. Ang. l. 1. de civit. Do.

Populus est multitudo hominum juris consensu, & concordia communiõne sociata, sec. B. Thom. prima par. q. 31. art. 1. Differt autem populus à plebe, quod in populo omnis pars civitatis, omnesque ordines continentur: ex plebe autem excipiuntur nobiliores patricii.

Populus, ut aliquibus placet, dicitur ἀπὸ τῆς πολλῆς ἀριθμῶν, hoc est, multo pluribus, quod omnes ordines, ut dictum est, complectatur. Plebs verò ἀπὸ τῶν πλεόνων, hoc est, à pluribus: plures enim sunt plebei, quam patricii.

Populus. Heb. bam. Multitudo ingens, quæ suo numero obtegit, & obscurat terræ superficiem. A verbo bamam, id est, obtexit, obruit multitudine. Hinc Græcè ἄμασι, & ἄμασι, congresso, ἄμασι, arena, cujus numerus innumerus, ἄμασι, simul, & ἄμασι, populus. Latine proprie significat cœtum hominum unius civitatis, Reip. Monarchiæ, jure, & communiõne officiorum, societatum, à quodam magistratu gubernatum. Præterea Hebrais etiam significat paucos homines, vel multitudinem incompositam: aliquando etiam amplam familiam. Speciatim verò populus Israelis est numerosa proles Jacob Patriarchæ in 12. tribus distincta. Populi item, seu populorum nomine frequenter apud Prophetas hostes Ecclesiæ, & gentiles ad Christum convertendi designantur. Nonnumquam, præsertim cum de Deo, & Christo agitur, pronomenque, suus, meus, tuus, vel nomen Dei appositum occurrit, Ecclesiam, vel ex Judæis tantum, vel ex Judæis, & Gentilibus constitutam indicat.

POPULI INCONSTANTIA. MOBILITAS JUDICIA ERRONEA. COECA.

Non comitis iudicat semper populus, sed movetur plerumque gratia, cedit precibus, facit eos, à quibus est maxime ambitus: denique si iudicat, non delectu aliquo, aut sapientia ducitur ad iudicandum, sed impetu nonnumquam, & quadam etiam temeritate. Non enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia: semperque sapientes, eæ, quæ populus fecisset, ferenda, non semper laudanda, duxerunt. Cic. Pro Plane.

Nullum fretum, nullus Euripus, tot motus, tantaque varia habet agitationes fluctuum, quantas perturbationes, & quantos æstus habet ratio comitorum. Dies incertissimus unus, aut nox interposita sæpè perturbat omnia, & totam opinionem parva nonnumquam commutat aura rumoris. Sæpè etiam sine ulla aperta causa fit alius, atque existimamus, ut nonnumquam ita factum esse etiam populus admiretur, quasi verò non ipse fecerit. Idem Pro Mæviana.

Populi, qui avitis sedibus relictis novas querunt, sunt degeneres, misti, & tandem imbelles, sicut in frugibus, pœdibusque non tantum semina ad servandam indolem valent, quantum terræ, cœlique, sub quo aluntur, proprietates mutant. Macedones, qui Alexandriam in Ægypto, qui Seleuciam, ac Babyloniæ, quique alias sparsas per orbem terrarum colonias habent, in Syros, Parthos, Ægyptios degeneraverunt. Massilia inter Gallos sita traxit aliquantulum ab incolis animorum. Tarentinis aliquid ex Spartana dura illa, & horrida disciplina manit. Generosius in sua quicquid sede gignitur, infitum alienæ terræ in id quo alitur, natura vertente, se degenerat. Livius, Decad. 4. lib. 8.

Nonnumquam volui populo placere. Nam quæ ego scio, non probat populus: quæ probat populus, ego nescio. Quis placere potest populo, cui placet virtus? Malis artibus popularis favor queritur: similem te illis facias oportet. Non probantur, nisi agnoverint. Multo autem ad rem magis pertinet, qualis tibi videaris, quam qualis alius. Conciliari nisi turpi ratione amor turpium non potest. Quod ergo illa laudata, & omnibus præferenda artibus, rebusque Philosophia præstabit? Scilicet, ut malis tibi placere, quam populo: ut ætates iudicia, non numeres: ut sine metu Deorum, hominumque vivas: ut aut vincas mala, aut finias. Ceterum si te videro celebrem secundis vocibus vulgi, intrante te clamor, plausus, & pantomimica ornamenta obstrepuerint, si tota civitate te fecerint, puerice laudave-